

Ludovicus Imperator simul Francie Administator
est, quod huius sensus est.

PETRI DE ANDLO

cultum, quem ex paterna & auita successione susceperat, neglexit, deuastratrixq; potius ecclesiarum quam creatrix fuit. Mortuo itaque Ludouico quarto, vltimo ex stirpe Karoli, Romanorum Franciæ & Germaniæ rege post eum regnum Franciæ inuasit quidam Hugo dictus Capet comes Parisiensis, in cuius genealogia regnum Franciæ postea gubernandū permanfit. Porro Conradus gener Ludouici, qui primogenitam eius vxorem habuit, defuncto socero Romanū imperium cum Germaniæ regno, quod ad Imperiū deuolutum erat, de Alemaniæ principum consensu obtinuit: & sic deinceps Alemania à regum Francorum dominio separata fuit: & dictus Hugo Francorum rex suaq; posteritas de facto potius quam de iure Romanorum regem in superiorem recognoscere recusauit: cum tamen regnum Franciæ per obitum Ludouici ipso iure etiam ad Romanum imperium fuisset deuolutum. Verum Conrado sine liberis defuncto Henricus præfatus Saxonix dux Romanorum adeptus est regnum, qui quam magnificè & imperiosè Francorum regibus & Lombardis super Romano imperio silentium perpetuum imposuit. Qualiter ipse terram illam, quæ inter Mosam & Rhenum est, Lotharingiam appellauerit, atq; terram eandem cum tota Almania sublimauerit, quod multis codicibus illud expressum reperitur, hinc insistere superuacuum esse arbitratus sum. Sepultus autem est in Quedlnburg Halberstadiensis diocesis, vt ipse monasterium insigne & castrum fundauit: & prædicatur in vita & morte sanctus fuisse. Reliquit autem heredem Imperij Othonem primum. Hic primus post Francorum reges creatus est Imperator. Conradus enim & genitor suus Henricus, quamuis essent reges Romanorum, imperiali tamen benedictione caruerunt. Nam cum vexaretur Ecclesia Romana à Berengario tyranno Italiæ, anno à natiuitate Christi 935. aduocatus est in Ecclesiæ subsidium Otho primus dux Saxonum, princeps magnæ potentix, religiosus & fide Catholicus, qui super vniuersam dominabatur Almaniam, vt habetur in decretis LXIII. d. in Synodo: qui magnum Teutonicorum pa-

Conradus 1.

de Henrico magno
in errorem
firmatus
Henry Aug.

Otho 1.

de rebus de Othone filio eius affirmatum
Henrico eius Italix cum omni fide omni
plurimum. Inter alios reges alij post
alios tyrannidem fecerunt. Videntur
de Italia & aliis

rans